

Super graciosa promocione, quam prudentibus viris, Ciuibus de Lubeke, dilectis nostris fidelibus, frequenter, prout publica fama nos edocet, impenditis et hactenus impendistis, excellencie vestre cum graciaram accionibus inclinamus. Affectuosa precum sollicitudine vos rogamus, quatenus eosdem Ciues nostros Lubicenses versus Nu, tam per terras vestras, quam per aquas ire secure et libere permittatis iuxta quod honestus vir, lator precencium, vestram excellenciam plenius informabit. Scientes, quod iidem Ciues honori vestro et profectui, vt audiuius, intendunt totis viribus atque posse. Datum apud Nuerembergam IX Kln. Feb. regni nostri Anno secundo.

Påskrift. Excellenti et magnifico principi domino Birgero, Regi swecie, amico nostro karissimo.

1303.

1300 d. 12 Febr.

Rom.

Påfven BONIFACIUS VIII:s Bulla, med tillstånd för Predikare- och Minoriter-Ordens bröder, att i sina kyrkor och egande ställen samt på gator få offentlig predika för folket, så ock att i alla städer och stift få afhöra bigt, ålägga bot och gifva aflösning, mot det att 4:dedelen af deras derföre erhållna inkomster meddelas församlingens kyrkoherde, samt att de måga hos sig inom sina kloster och å deras egande platser begrafva dem, som der välja sig lägerstad.

B. 9: 72 *).

BONIFACIUS episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam, super cathedram preeminencie pastoralis, diuina prouidencia ¹⁾ constituti et si multis et arduis que in amplum Romane curie alueum vndique confluent, quasi torrens, pregrauemur negociis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis distrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus instancius, ac operose sollicitudinis studium impertimur ²⁾, vt ad diuini nominis gloriam exaltacionem catholice fidei, et perpetuum ³⁾ fidelium animarum, precis radicibus dissidiorum vepribus, et litigiorum anfractibus omnino subductis, jnter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis ⁴⁾ dominici deputatos, ceterasque personas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exestuet, inualescat concordie vnitas, et animarum indempnitas perseueret, Scimus enim et ⁵⁾ ex euidencia facti colligimus quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis actor ⁶⁾, nec ignoramus quod dissensiones et scandala, prauis actibus aditum preparant, li-

*) *Finnes i B. 2: 192. med denna öfverskrift.* Bonifacius statuit papa quod predicatorum in ecclesiis parochialibus vel locis horum predicare non possunt nisi de licencia sacerdotis, nec ea hora in locis propriis quando prelatus predicat in ecclesia sua et quod tenentur dare quartam de funeralibus; *samt följande olikheter:*

1) diuina disponente clemencia 2) impertimur 3) perfectum 4) regis 5) quod 6) auctor

tes 7) et odia suscitant, illicitis motibus ausum prebent, Olim siquidem inter prelatos et rectores seu sacerdotes 8) ac clericos parochialium ecclesiarum, per diuersas mundi prouincias constitutos ex parte vna et predicatorum ac minorum ordinum fratres ex altera, pacis emulo, satore zizanie procurante, grauis et periculosa discordia extitit suscitata, super predicacionibus fidelium populis faciendis, audiendis eorum confessionibus, penitenciis iniungendis eisdem, ac 9) tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipsorum ecclesias noscuntur 10) eligere sepulturam, nos autem pii patris more laudabilij moleste ferentis incommoda filiorum reducentes ad exacte considerationis examen ac infra pectorum claustra sollicite reuoluentes quam sit plena periculis quam onusta dispendiis, quamque in diuine maiestatis conspectu reddatur exosa discordia supradicta, et propterea intendentes paterne sollicitudinis studio illam prorsus euellere ac omnimode submouere nullis vnquam futuris temporibus actore domino suscitandam, grandi quoque desiderio cupientes, vt huiusmodi negocium, quod potissime insidet cordi nostro finem salubrem et scelerem 11) per apostolice sollercie studium consequatur, et 12) diligenti cum fratribus nostris deliberacione prehabita super eo, ad honorem dei, exaltacionem fidei quietum statum parcium predictarum, ac 13) animarum fidelium incrementum de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate statuimus et 14) eciam ordinamus, vt dictorum ordinum fratres, in ecclesiis et locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero et populo predicare ac proponere verbum dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum prelati predicare voluerint vel coram se facere sollempniter predicari, in qua predicare cessabunt, preterquam si aliud de prelatorum ipsorum voluntate processerit, ac licencia speciali In studiis vero 15) generalibus, vbi sermones ad clerum 16) fieri solent diebus illis, in 17) quibus predicari sollempniter consuevit ad funera eciam mortuorum et in festis specialibus seu peculiaribus eorundem fratrum, possint iidem fratres et liceat eis libere predicare nisi forsitan 18) illa hora, qua solet ad clerum in predictis proponi locis seu studiis verbum dei, episcopus vel prelatus superior clerum ad se generaliter conuocaret, aut ex aliqua racione vel causa urgente clerum ipsum duceret congregandum In ecclesiis vero parochialibus, fratres ipsi nullatenus audeant vel 19) debeant predicare, vel proponere verbum dei, nisi fratres predicti a parochialibus sacerdotibus inuitati vel vocati fortassis extiterint, aut de ipsorum beneplacito et assensu, seu petita licencia fuerit et optenta, siue episcopus vel prelatus superior per eosdem fratres predicari mandaret, Statuimus eciam et ordinamus auctoritate pre-

7) rancores 8) sacerdotes 9) et 10) ecclesia siue loca noscuntur 11) celerem 12) et är uteslutet. 13) salutis är tillsatt. 14) ac 15) autem 16) ex more tillsatt. 17) in utesl. 18) forsitan 19) nec

dicta, vt ²⁰⁾ in ciuitatibus singulis et dyocesibus in quibus fratrum ipsorum loca consistere dinoscuntur, vel in ciuitatibus vel ²¹⁾ dyocesibus, locis ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur, magistri priores prouinciales predicatorum, aut eorum vicarii, et generalis minister, ac prouinciales ministri, et custodes minorum, ordinum predictorum ad presenciam prelatorum eorundem locorum se conferant, per se vel fratres, quos ad hoc ydoneos fore putauerint, humiliter petaturi, vt fratres qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus et ²²⁾ dyocesibus confessiones subditorum suorum confiteri volencium, audire libere valeant et huiusmodi confitentibus prout secundum deum expedire cognouerint, penitencias imponere salutes et eis beneficium absolucionis inpendere, de licencia, gracia et beneplacito eorundem, ac deinde prefati magistri, ac ²³⁾ priores prouinciales, et ministri ac prouinciales ministri, ordinum predictorum, eligere studeant personas sufficientes, ydoneas, vite probate, discretas, modestas, atque peritas; ad tam salubre ministerium et officium exsequendum, quas sic ab ipsis electas, representent vel faciant presentari prelatis, vt de ipsorum licencia, gracia et beneplacito, in ciuitatibus et dyocesibus eorundem, persone huiusmodi sic electi, confessiones confiteri volencium audiant, imponant penitencias salutes, ac beneficium absolucionis inpendant, prout superius est expressum, extra ciuitates et dyoceses, in quibus deputate fuerint ²⁴⁾ per quas volumus et non per prouincias deputari, confessiones nullatenus audire, Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi exercendum officium esse debet, prout numerositas cleri et populi, aut ²⁵⁾ multitudo vel paucitas exigit eorundem et si iidem prelati petitam licenciam confessionum ²⁶⁾ huiusmodi audiendarum concesserint, illam prefati magistri ministri ac alii cum graciaram accione recipiant, dicteque persone sic electe commissum sibi officium exsequantur, quod si forte iam dicti prelati quemquam ex huiusmodi fratribus presentatis eisdem, ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto vel subtracto loco ipsius similiter eisdem presentandus prelatis possit et debeat alius subrogari, Si vero iidem prelati prefatis fratribus, ad confessiones vt premittitur audiendas electis huiusmodi exhibere licenciam recusarent ²⁷⁾, nos ex nunc ipsis, vt confessiones sibi confiteri volencium, libere valeant liciteque audire, eisque penitencias imponere salutes atque eis ²⁸⁾ absolucionis beneficium inpertiri, gracieose concedimus de apostolice plenitudine potestatis, per huiusmodi autem concessionem nequaquam intendimus personis, seu fratribus ²⁹⁾, ad id totaliter deputatis potestatem ³⁰⁾, inpendere plenioram ³¹⁾, quam in eo curatis seu paro-

20) quod 21) et 22) et *utesl.* 23) ac *utesl.* 24) fuerint deputate et 25) ac 26) confessionis 27) recusarint 28) eisdem 29) ipsis *tillsatt.* 30) in hoc *tillsatt.* 31) amplioram.

chialibus sacerdotibus est a iure concessa, nisi forsitan eis ecclesiarum prelati vberiore in hac parte gratiam specialiter ducerent faciendam, huiusmodi quoque statuto et ordinacioni nostris adicimus, vt fratres dictorum ordinum in ecclesiis et locis suis vbilibet constitutis, liberam vt sequitur habeant sepulturam, videlicet quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint, in locis et ecclesiis memoratis, Verum ne parochiales ecclesie et ³²⁾ ipsarum curati siue rectores, qui ministrare habeant ³³⁾ ecclesiastica sacramenta quibusve noscitur de iure competere predicare seu proponere verbum dei, et confessiones audire fidelium, debitis et necessariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeat, auctoritate statuimus et ordinamus eadem vt fratres ordinum predictorum, de obuencionibus omnibus tam de funeralibus quam quibuscunque et quomodocunque relictis, indistincte vel distincte ad quoscunque certos vel determinatos vsus de quibus eciam quarta seu canonica porcio dari siue exigi non consuevit vel non debet de iure, necnon de datis vel qualitercumque donatis in morte vel ³⁴⁾ mortis articulo aut ³⁵⁾ infirmitate donantis seu ³⁶⁾ dantis de qua decesserant ³⁷⁾ quomodocunque indirecte vel directe fratribus ipsis vel aliis pro eisdem, quartam partem, quam apostolica auctoritate taxamus et eciam limitamus parochialibus sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus seu curatis largiri integre teneantur, facturi et curaturi, quod nec alii vel aliis a quibus quarta huiusmodi minime debetur ³⁸⁾ ad ipsorum fratrum vtilitatem vel commodum huiusmodi fiant relictis, aut in eos taliter data vel donata procedant seu quoque ³⁹⁾ in morte vel ab infirmis huiusmodi dandum vel donandum fratribus ipsis existeret, in eorum ⁴⁰⁾ dancium vel donancium sanitate sibi dari vel donari procurent, In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus consciencias onerare, vt si quod absit, per fratres ipsos dolo vel fraude, quicquam in hac parte agi fortasse contigerit, preter id quod eos propterea dictis sacerdotibus rectoribus et curatis teneri volumus, eciam districta ratio in extremi iudicii requiratur examine ab eisdem, vltra porcionem autem huiusmodi nil valeant parochiales sacerdotes rectores et ⁴¹⁾ curati et prelati exigere supradicti, neque illis amplius dicti fratres inpendere sint astricti neque ad id a quoquam possint aliquatenus coherceri, Nos autem ⁴²⁾ vt in cunctis equaliter et pacifice fauente domino procedatur vniuersa priuilegia indulgencias, gracias, verbo seu scripto sub quacunque forma vel expressione seu conceptione verborum a nobis vel predecessoribus nostris romanis pontificibus, cuicumque ordinum predictorum concessa necnon consuetudines, conuenciones statuta et pacta, in quantum sunt premissis seu alicui

32) ac 33) habent 34) seu 35) in *tillsatt.* 36) vel 37) decesserint 38) deberetur 39) quid 40) eorundem 41) et *utesl.* 42) etenim.

premissorum contraria, penitus reuocamus, cassamus et irritamus, quinymo cassa vacua et irrita nunciamus et nullius prorsus existere firmitatis, Ceterum vniuersos ecclesiarum prelatos cuiuscunque preeminencie, status ⁴³⁾, dignitatis existant, ac sacerdotes parochiales et curatos siue rectores predictos, presencium tenore rogamus et hortamur attente nichilominus eis districte precipiendo mandantes, quatenus pro diuina et apostolice sedis reuerencia predictos ordines et professores eorum, habentes affectu beneuolo commendatos fratribus ipsis non se difficiles graues, duros, aut asperos sed potius fauorabiles, propicios, et benignos piaque munificencia liberales studeant exhibere, sic eos in predicacionis officio et proposicionibus verbi dei ac aliis omnibus supradictis tamquam cooperatores eorum ydoneos, et laborum suorum participes prompta benignitate ⁴⁴⁾, ac affectuose admittere non omittant, vt proinde illis eterne beatitudinis premium augeatur et animarum salutis incrementa felicia procurentur, nec ipsos lateat quod si secus ab ipsis ⁴⁵⁾ agi contingeret in hac parte apostolica sedis benignitas, que ordines et professores eosdem vberi fauore prosequitur et gerit in visceribus caritatis contra eos non inmerito turbaretur, nec eadem equanimiter posset pati, quin super hoc prouisionis optime remedium adhiberet, ipsosque nichilominus celestis indignacio principis, digna pro meritis rependentis, cuius obsequia fratrum ipsorum sedulitas curiosa prosequitur, minime preteriret, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinacionis, concessionis, taxacionis, limitacionis, reuocacionis ⁴⁶⁾ cassacionis et irritacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacioni omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum, Datum Lateran. XII^o. kal. Marcii pontificatus nostri anno sexto.

1304.

1300 d. 15 Febr.

Riseberga.

Lagman i Nerike SUNES intyg, att han, enligt vederbörandes samtycke, hade till Riseberga kloster med Fröken Cecilia, Werner Brunkes dotter, gifvit Alma gård samt 40 mark penningar, hvilka han föreskrifver Brunkes arfvingar att inom ett års förlopp utbetala.

A. 3. n.

Omnibus presentes litteras inspecturis, SUNO Legifer nærichiensis salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus vniuersis, Quod nos ex consensu & voluntate venerabilis Patris Domini Ysari Episcopi strenge-
nensis

⁴³⁾ vel *tillsatt*. ⁴⁴⁾ *recipere tillsatt*. ⁴⁵⁾ ab eis ⁴⁶⁾ *vacuacionis tillsatt*.